



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniæ, 1723**

LI. Quòd humilibus insistendum est operibus, cum deficitur à summis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45773)

8. Falluntur sæpè hominum sensus in judicando : falluntur & amatores sæculi , visibilia tantummodo amando.

Quid est homo inde melior , quia reputatur ab homine major.

Fallax fallacem , vanus vanum , cæcus cæcum , infirmus infirmum decipit , dum exaltat : & veraciter magis confundit , dum inaniter laudat.

Nam quantum unusquisque est in oculis tuis , tantum est & non amplius , ait humilis Sanctus Franciscus.

#### C A P U T L I.

*Quod humilibus insistendum  
est operibus , cum deficitur à  
summis.*

i. **F**ili , non vales semper in fere-  
venti desiderio virtutum sta-  
re , nec in altiori gradu contempla-  
tionis consistere : sed necesse habes  
interdum , ob originalem corrupte-  
lam , ad inferiora descendere & onus  
corru-

corruptibilis vitæ, etiam invitè & cum tædio portare.

Quamdiu mortale corpus geris,  
tædium senties, & gravamen cordis,

Oportet ergo sæpè in carne de car-  
nis onere gemere, eò quòd non vales  
spiritualibus studiis & divinæ con-  
templationi indefinenter inhærere.

2. Tunc expedit tibi ad humilia  
& exteriora opera configere, & in  
bonis actibus te recreare, adven-  
tum meum, & supernam visitatio-  
nem firmâ confidentiâ expectare:  
exilium tuum & ariditatem mentis  
patienter sufferre, donec iterum à  
me visiteris, & ab omnibus anxie-  
tibus libereris.

Nam faciam te laborum oblivisci,  
& interna quiete perfrui.

Expandam coram te parata Scri-  
pturarum, ut dilatato corde currere  
incipias viam mandatorum meo-  
rum.

Et dicas: Non sunt condignæ pas-  
siones hujus temporis ad futuram  
gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

CA.